

fruges congregatas celebratur, mense septimo, dicitur Exod. 23. ver. 16. celebrari in exitu anni. Quod si tunc erat exitus anni, erat etiam initium anni sequentis, quia finem unius finitum sequitur initium anni sequentis. Quare de eadem solemnitate: Exod. 24. ver. 22. dicitur: quando redieritis a monte Sinai...

Accedit, quod Moyses dicitur, cum de mense Martio, seu Aprilis loquens, ait: Hinc ipse vobis principium mensium, primum erit in mensibus annis, per ly erit factis offendere, mensium illum antea non fuisse Judaeis principium mensium. Quorsum illud antea non fuisse principium mensium? Consequenter hunc, quem praevaricatis testibus, servabant Aegyptii, inchoandi annos suos ab Autumno, eo quod crederent, hoc tempore conditum fuisse mundum, ex traditione ab Adamo, ejusque posteris, & ad ipsos translata esse credenda est.

XXIII. Secunda ratio est. Nam credibile est, Deum, sicut Adamum formavit non puerum, sed in aetate virili, & perfectam; ita & arbores, non cum solis foliis, & floribus, sed etiam cum fructibus condidisse; atque arborum fructus non matureverunt in Vere, sed in Autumno, nisi ad miraculum confugiamus, quod in prima mundi conditione, non accidere debemus, in qua Deus secundum rerum naturam omnia operatus est; ergo &c. Haec sunt momenta, quibus Recentiores adducuntur, ut existant, autumnali potius, quam verno tempore mundum creatum fuisse.

XXIV. Hisce tamen nolim, ut Candidatus meus statim de manu victas; contraria namque sententia, quae pro verno tempore militat, non solum numero (ut putat Natalis Alexander) sed auctoritate Doctorum, & pondere rationum, ne dicam probabilioris, aequae saltem probabilis est. Eam enim tenuerunt Cyrillus Hierosolymitanus, Catechesi 14. Basilus in Hexameron, Nazianzenus, Ambrosius, S. Leo Papa, Theodoratus, alique, quorum testimonia aliqua referemus.

Porro fundamentum est: quia admodum credibile est, eodem anni tempore formatos fuisse primum Adam, & secundum, hoc est, Christum; eodemque tempore mundum fuisse reparatum, quo fuit conditus, sicut genus humanum eodem tempore fuit a servitute Diaboli per Christum ereptum, quo per Moysen a servitute Pharaonis fuerat populus Israeliticus liberatus: Constat autem, Christum verno tempore fuisse conceptum, & verno tempore mundum sua morte reparasse.

XXV. Scio contrariae sententiae Patronos flocci facere hoc ratiocinium: Iniquum enim, Quod Deus eo tempore, quo voluit, & ab aeterno praedestinavit, misit Eilium suum. Verno tempore conceptus, verno tempore etiam passus est, non quod mundus eo tempore conditus sit, sed quod Judaicum Pascha, quod consummaturus advenerat, & liberaturus homines a Diaboli servitute, eo tempore celebraretur.

XXVI. Flocci tamen hanc conjecturam non fecit S. Cyrillus Hierosolym. Catechesi 14. citata, quae est de Christi Resurrectione: ait enim: Quis tempore exurgit Salutaris? Numquid estis tempore, vel alio? in eisdem sententiis ante est, quae modo recitatae sunt, dicit: Hyems transit, imber transit sibi, & abijt; flores vili sunt in terra, tempus putationis adventit. Nonne nunc strabus plenus tellus est, & putantur vineae... Haec autem tempus est primi Hebraeorum mensis, in quo celebratur festivitas Pascha, typici quidem & figurativi prius, nunc autem veri. Haec creatio mundi tempus. Tunc enim dixit Deus: Producat terra herbas feni, germinantem semen juxta genus, & juxta similitudinem. Et nunc, ut videt, jam omnis herba germinat. Et quemadmodum tunc Deus, cum Solem, & Lunam fecit, aequalium illis dierum, ac noctium cursus imperavit: sic & postea ante diem aquinosium tempus erat. Tunc dicit Deus: Faciam hominem ad imaginem nostram, & similitudinem. Et illud quidem, ad imaginem, accepit, hoc vero, ad similitudinem, per inobedientiam obsecravit, & insurrexit. Eadem igitur temporis circumstantia, qua hoc amissit, in eadem rursus corrigi reparavit. Quando homo creatus, propter inobedientiam ejus est de Paradiso, eodem tempore, qui condidit, per obedientiam introductus est. Tunc igitur facta salus, est, quando & lapsus, cum & flores vili, & putationis tempus adventit.

In hanc eandem ivit sententiam S. Leo serm. 9. de Pass. Domini dicens: tunc ad praenuntiatum festis omnibus festum, saceravorum mensis evitavit; ut in quo accepit mundus exordium, in eodem haberet Christiana creatura principium.

XXVII. Hanc conjecturam non judicavit infirmam S. Ambrosius lib. 1. Hexameron, cap. 4. loquens enim de primo mense, quo Pascha celebratur, de quo dicitur Exod. 12. ver. 2. Mensis hic initium mensium est vobis, ait, in hoc ergo principio mensium Caleni & Terram fecit, quod tunc mundi capis operabatur exordium, ubi erat, oppositum omnibus verna temporis. Unde & annus mundi imaginem mensuris expressit, ut post hyemem dicitur, atque hyemalis caligines serenis solis verno temporis splendor elucet. Dedit ergo formam futuris avorum curriculae mundi primae exortus, ut ex lege avorum vices surgerent, & aquae initio cuiusque anni produceret terra nova seminum germina, quo primum Dominus Deus dixerat: Germinet terra herbas feni.... Et statim produxit terra herbas feni, & lignum fructiferum... ergo ut ostendat Scriptura, veris temporis in constitutione mensuris, ait: mensis hic vobis initium mensium, primus est vobis in mensibus anni. Primum mensum verna tempus appellavit. Debet enim principium anni principium esse generationis, & ipsam generationem mollibus avis fieri... simul illud advertere licet, quia jure concurrens, ea tempore videtur in hanc generationem, & in hoc usum ingressus tribuit, quo tempore ex hac generatione in regenerationem legitimus est transitus. Siquidem verno tempore Filius Israel Aegyptum reliquerat, & per mare transierat... Et eo tempore Dominus quatuordecim Jese

Christi Pascha celebratur, hoc est animarum transitus a vitio ad virtutem... & regenerationis usque dicitur: & mensis hic vobis initium mensium, primus est vobis in mensibus anni, &c.

Ex Verbis Cyrilli, & Ambrosii relatis exergit altera ratio. Eo enim tempore credibilis videtur conditum fuisse mundum, quo terra aprior est ad germinandum herbas, agrisque concepta semina edere ferunt: ait enim Deus: & germinat terra herbas virentem, seu herbas feni: atque tempus verno est germinationis, & ortus frugum aptissimum, ac quasi totius Orbis virentium exordium; nam in Autumno herbae non virent, flores non erumpunt, sed marcescunt potius, fegetes in campis amplius non sunt, sed jam congregantur in horrea; ergo &c.

XXVIII. Non latet, respondere Contrarios, non solum herbas, sed fegetes, maturas fuisse, & arbores onultas Pomis, ac fructibus in mundi exordio productis fuisse, ut legitur Genes. 2. c. 3. quae fructuum, ac segetum maturitas verno tempore non convenit, sed autumnali potius, nisi miraculum constringamus. Sed ad haec statim respondebimus.

XXIX. Interim nostram opinionem confirmabimus auctoritate Theodoriti, qui (qu. 72. in Exodum) Deum iussit, ut erigi Tabernaculum prima die primi mensis, quod eo tempore creatas condidit, cujus rei fidem facit arborum germinatio: Nam (inquit) incitavit vire prava flores, & segetes feni, & fructum arborum emittit. D. Jo. Damascenus lib. 2. de fide cap. 7. loquens de quatuor anni temperatibus, quas Sol constituit, ait: Quorum prima verna est, qua nimirum Deus condidit universa: idque declarat etiamnum flores verno pullulantes. Alia Patrum testimonia in hoc sece unanimiter conspirant, quos Tomiellus, & Salianus, nec non Spondanus, annot. Gen. 2. 3. enumerant, ne longior sim, praetermitto.

XXX. Praeternito quoque Astrologorum iudicium, qui ob id Signum Arietis ponunt initium, & Caput ceterorum signorum Zodiaci, quod ab eo mundum fuisse exordia operantur. Mirro quoque Poetarum hanc opinionem fuisse, inter quos Virgilius Georgic. 2. dicens:

--- Ver illud erat, ver magnus agerbat
Orbis: & hybernis parebant fluvibus Euro,
Cum primo lucem pendens hauserat, virumque
Terra progenies auris caput exultis arvis,
Immissisq; fera sylvis, & sidera Calo.

XXXI. Nunc ad expendenda contrariae sententiae fundamenta gradum faciam. Et quidem ad primum, dato, quod Aegyptii, ceterique Orientales annum inchoarent a Mente Tyris, seu ab Aequinoctio autumnali, non hinc inferatur, hoc eos fecisse, quia existimarent, mundum eo anni tempore conditum fuisse, cum aliam causam verosimilem assignare possimus, quia scilicet talis ratio computandi erat commodior pro venditionibus, emptionibus, aliisque contrahibus civilibus. Cum enim tempore plerumque existerent in Agricultura, & pecorumque mercimoniis, collectis in Autumno, distrahente frugibus, & extracta ex eis pecunia, commodius tunc annuos contrahus locationum, venditionum, aliisque id genus celebrabant. Hinc ab eo tempore, seu a mense Septembri Israelitas computasse annum Jubilium, in quo agri ad praesens Dominos, Deo sic jubente, revertentur, ex Levit. 25. vers. 4. 9. & 11. communis tradunt Interpretes, ut scilicet, eo anno finito, novi possidiores statim possent sementem facere.

XXXII. Neque quod Israelitae egredientes ex Aegypto, ab Autumno, & ipsi annum inchoare consueverint, argumento esse potest, eos id fecisse, quia ab Adamo, ejusque posteris ita edocti essent. Quin potius verosimile est, eos antequam in Aegyptum descenderent, a verno Aequinoctio annum computasse, & posteaquam in Aegypto fuerant, sequentes Aegyptiorum consuetudinem, annos suos ab Aequinoctio autumnali computare coepisse. Quare cum Moyses jubente Deo dixit: Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni, non indicavit, ante ingressum Populi in Aegyptum fuisse aliud principium mensium, & anni, sed voluit usum antiquum, quem dum esset in Aegypto dereliquerat, novo beneficio restituere, & consecrare, ac novo precepto quod res faceret, & Dei cultum stabilire, permittens illi, ut initium anni civilis, & profani, ut ab Aegyptiis dicerent, ab Autumno continuaret. Nec amplius erratur ex Josepho: quin potius istum annum computandi annum ab Autumno Israelitas ab Aegyptiis accepisse, indicat citato loco, dum mensium illum, qui juxta computationem a mense Nisan, seu Martio, vel Aprilis est octavus, & respondet nostro Octobri, vel Novembri diciturque. Marthanus, sive (ut alii) Marchesum, vocat mensis secundum, & addit: sic enim Aegyptii, distinxerunt annum.

Concedo igitur, Orientales, & Israelitas, postquam in Aegyptum descenderunt, annum ab Autumno secundum illius gentis morem computasse, ob maiorem in contrahibus commoditatem, ut dictum est; non quia eo tempore conditus mundus esset.

XXXIII. Ad id, quod primo colligunt, dico, Josephum quidem allato loco ita sentire, quod Diluvii initium Autumnali temperate contigerit. Sed alius potius assentionem existimo, qui Diluvium dicunt verno tempore incesse; ut ita Deus ostenderet manifestus, aqua illas & imbres, non naturali cursu, ut autumnali, vel hyemali tempore contingere solet, accidisse: sed ex speciali Dei providentia, qui carnem, quae corruperat suam in iustitiam cursu rerum punire, ac perdere decreverat, ac proinde non autumnale, sed verno tempore, quo non adeo frequentes, & copiosae pluviae sunt, eligere voluit, ut scirent, non naturae, sed divinae iustitiae

id opus esse. In Sanctus Ambrosius lib. de Noe, & Arcacap. 14. his verbis: secundum mensum verna esse temporis non ambigitur, quando augentur nascentia, ager parvitur, arborum pariter, atque animantium natura se fundit. & hoc ut homines magis dolerent, videntes ea, quae proper illos Deus produxerat, una cum illis interire. Tunc ergo (inquit) fuit diluvium, quando diluere eorum major foret, qui in sua abundantia periebantur, tunc alio verisimili &c. Et Rupertus lib. 2. comment. in Genes. cap. 25. de Diluvii tempore differt: Mensis (inquit) secundum legem ipse est, qui apud Romanos Mensis dicitur. Et postea: Mensis, qui septimus fuit ab initio Diluvii, ipse est, qui apud Romanos Novembris dicitur. Unde magis miranda tempestas, illius iudicii, quam non adhibere ulla natura temporis, sed a contra, Mayo, quo mense Sol viciis incedit, & Calum naturaliter candescit, erupit imbrum vis: & circa tempus hyemis, id est, mense Novembri jam imminuit aquis Arca requirit. Non desunt, qui velint, mensium illum secundum, quo Noe ex Arca egressus dicitur, fuisse secundum anni sextocentesimum vite Noe: sed pleribus videtur, sermonem esse de mense anni tunc ab orbe condito currentis, qui erat millesimus sexcentisimus quinquagesimus sextus.

XXXIV. Ad id quod secundo colligunt, jam dictum est, Moysen dicendo, mensis iste vobis principium mensium, novum usum non introduxisse: sed usum antiquum ab Israelitis observatum, antiquum Aegyptum ingrederentur, revocasse, quamvis indolent, ut quod contraxerat, nundinationes, ac frugum reconditionem, computum more Aegyptiaco continuarent, ut rationes superius additas, Dixit autem de mense Nisan primus erit in mensibus anni, non tamquam de novo principium constituit: sed quod non amplius esset: primus, antea tamen primus fuisse, voluit cum esse principium scire ante fuerat.

XXXV. Ad secundam rationem, cum maxime fide contraria sententia dico primo, Sicut apud oppositae sententiae Patronos, ex quo arbores dicantur productae, onusta pomis, & fructibus, quod in Autumno contingit, colligunt eas in Autumno productas fuisse: cur, & cum nos ex Scriptura habeamus terram germinantem herbas virentem, & facientem semen &c. quod proprie accidit verno tempore, non colligimus potius hae vere contingit?

Dico secundo. Si juxta adversarios prima terra germinatio, & arborum Veris propria, si plantarum productio usa cum fructibus, quae prius emittere solent flores, deinde fructus, in autumnali tempore contingere potuit sine miraculo; cur etiam sine miraculo contingere non potuit, quod arbores habentes fructus in Vere productae sint, quamvis secundum usum naturalem eo tempore solum producant folia, & flores? Etiam homo prius modo nascitur infans, & flores? Tandem adolescens, & tamen sine miraculo in aetate viri peruenit Adam productus fuit. Igitur quod arbores cum fructibus productae sint, non cogit, vel ad dicendum, quod in Autumno hoc factum sit, vel ad admittendum miraculum, si in Vere hoc dicamus; sed potius ad afferendum, quod naturalis ordo divinae omnipotentiae, id poscat, ut, quae ab illa procedunt, cum tota, quae habere possunt, perfectione procedant.

XXXVI. Dico tertio committere. Supponendo, quod ea, quae narratur in Sacra Scriptura, referant ad Regionem, vel in qua fuit conditus, vel ad quam fuit translatus Adam, nempe Paradisum, vel ad quam post peccatum ejectus fuit, quam in Palaestina, vel circa, fuisse existimant Eruditi. In hac ergo Regione, sicut & in Regionibus calidioribus, non est mirum, quod fructus arborum maturi sint tempore veri. In Palaestina enim fuit finem Martii hordeum maturefcere manifestum est, tum ex Levit. 13. ubi secundo die Azymorum jubebantur Israelitae afferre manna in panem, tum ex Josue 3. v. 15. ubi dicitur, quod cum Israelitae transierunt Jordanem, erat tempus messis: Jordanis autem ripas abusi sui tempore messis implerant. Eos autem mense primo transisse constat ex cap. 4. v. 19. Populus autem ascendit de Jordano decimo die mensis primi. Accedit, quod cap. 5. v. 10. habetur populum celebrasse Pascha, seu Pascha statim ac Jordanem transiit. Et v. 12. dicitur, quod comederunt de frugibus terrae die altero, azymos panes, & potantur ejusdem anni. Unde Exod. 13. v. 4. mensis primus, in quo Israelitae egressi sunt ex Aegypto vocatur mensis novum frugum: Idem gradumini mensis novum frugum. E. cap. 13. v. 15. Mensis novum.

XXXVII. Nec obicit, quod Joann. 18. vers. 18. dicitur, quod tempore Passionis Christi: Sedebat Jervi & ministri ad prunas, quia frigus erat, & v. 25. Erat autem Simon Petrus frigus & calefactionis se. Christus autem circa finem Martii passum fuisse constat. Non obicit, inquit, frigus enim erat, non die, sed nocte; quo tempore ita narratur. Constat autem in locis aequinoctialibus, noctes aetivo tempore esse frigidiores, quam alibi, sicut etiam longiores: cuius rei, ait Natalis Alexander in hunc locum, si lem faciente, qui illuc peregrinatus fuit, quod omnes omnino, & abique arbores fuerint initio mundi productae cum fructibus maturis, sed eas solum, quae tempore Veris maturefcere solent, non vere eas, quae solum tempore autumnali fructus maturos exhibent. Et in quibusdam tantum locis in quibus aetis, & Regionis temperies facit, ut tractus ille terrae, in quo erat Paradisus, & qualis erat mundi ejiciendum cum illis erat habitaturus. In aliquibus autem aliis Regionibus arbores productae fuerunt cum fructibus solum maturefcit propinquis, in aliis cum floribus, ac rursus in aliis cum foliis dumtaxat, pro natura scilicet, qualitate, & conditione, tum arborum, tum Regionum. Verosimile enim est, Deum ab initio produxisse arbores commaturaliter, seu

confentanea naturis ipsarum, & Regionibus locorum, ut sit metum, quae aptae habere fructus maturos in Vere, & eos habere, quae solum maturefcunt, vel quae flores solum ac folia, similiter ea habere. Nam aliquando, sicut si produxerit in Vere arbores cum fructibus, quos habitari erant in Autumno, id non esset absque miraculo, ut Adversarii dicunt; ita si in Autumno produxerit eas cum fructibus, quos habitari fuissent in Vere, cur sine miraculo factum fuisset?

Ut utramque opinionem expolli. Hinc postquam, ut probabilior emegi, quia, in his, quae certa non sunt, Antiquitati multum deferendum existimo. Ceterum quique pro suo libito alterutram poterit amplecti; pro utraque enim fundamenta non desunt.

QUAESTIO III.

De Opere sex dierum.

Quamvis questio haec ad Sacra Scripturae Interpretes pertinet potius quam ad Theologos: quia tamen ad plene de rerum creatione meum Candidatum imbutum utiliter esse existimo, & D. Thom. in hic 1. par. em. tractat; ideo Angelici Magistri viam premens, iam breviter quidem, tractare decrevi. Eto autem Angelicus idem S. Doctor, cum post tractatum de Angelis distulisset, praemittendum tamen existimavit, utpote pertinentem ad Deum Creatorem in generali. Vocatur autem De opere sex dierum, quia, ut Moyses tradit, opus creationis Universi sex diebus perfectum est.

DE UBIUM I.

An omnes dies, quibus mundi creatio, & ornatus describitur, sint unus Dies?

S. I.

S. Augustini Opinio.

Sermo est de septem illis, quorum sex prioribus narratur a Moysse Deum fecisse Caelum & terram, & omnem ornatum eorum, septimo autem die ab omni opere, quod paraverat, requievit: an scilicet illi dies sint dies naturales, an vero dies solum intelligibiles, ita una dies, seu potius unum temporis instans revera sint.

Mundum sex revera dierum naturalium spatio conditum non fuisse, sed momento eodem omnia creata, quia tamen in sevarium partita numerum, non tam productionis, quam naturae ordine a Moysse referuntur, censuit Philo Judaeus lib. de mundi opificio, & lib. 1. Allegoria. ubi non procul ab initio, cum audis (inquit) complevit sexto die opera, intelligere non debet de diebus aliquot, sed de senario perfecto numero. Eidem eandem propendit Procopius Comment. in Genes.

El majus addidit pondus auctoritate sua Sanctus Augustinus, qui sex illos dies distinguit, quia cognitio Angelica rebus a Deo conditis fuit sexies praesentata, secundum sex genera rerum, quae a Moysse creata referuntur, quare illi dies numerum & ordinem rerum a Deo conditarum, & Angelicae cognitionis designant, non ordinem productionis. Ut autem hae sex dies vespere, & mane affloret productionis. In autem hae duplicem cognitionem: unam, quae cognoverunt res in suis naturis, & hanc, quia minus clarum, intelligit nomine Vespere, & vocat vespertinam: alteram, quae eisdem cognoverunt in Verbo, & hanc, quia clariorem, intelligit nomine Mane, & appellat matutinam. Hoc modo prima Dies est cognitio primi operis, sive in se, sive in Verbo. Secunda Dies est cognitio secundi operis, & sic de aliis, ita omnia, quae sex diebus facta leguntur, juxta S. Augustinum, non successively per diversa temporum intervalla, sed simul ab initio temporis facta sunt, & sexies menti Angelicae praesentata.

II. Hanc mentem suam expressit S. Doctor, tum lib. de Genesi ad litteram, imperfecto cap. 7. tum lib. 4. de Genesi ad litteram, nempe mentem Angelicam, intelligens, quae (inquit) sicut post rebus facta est, ubi intelligitur a suis quaedam informitate ad Creatorem concepta, atque formata: ita & post vespertinam facta mane, cum post cognitionem sua propria natura, quae non est quod Deus, referat se ad laudandam lucem, quod ipse Deus est, cuius contemplatione formatur. Et lib. 11. de Civitate Dei cap. 29. matutinam illam, & vespertinam Angelorum cognitionem explicans, postquam offendit, melius res cognosci in Deo, quam in se ipsis, & utroque modo Angelos, eas cognovisse, concludit: Haec autem propter senarii numeri perfectionem eodem die sexies repetito, sex diebus perfectam narratur.

III. Singularis tamen est haec S. Augustini sententia. Omnes enim pene Patres, qui ante S. Augustinum floruerunt, & qui post ipsum, sex diebus naturalibus mundum fuisse conditum asseruerunt; ut vel ipse S. Gregorius Magnus lib. 32. Moral. cap. 10. & Beda in Hexameron, alias S. Augustino addidit, ipsam hanc in parte relinquant, & mo exopto Cajetani, apud Recentiores Interpretes vix invenies, qui S. Augustini sententiam in hoc suscipiant.

IV. S. Thomas vero ea, quae S. Augustinum Magistrum suum veneratione prosequitur, anceps herere videtur. Eius opinionem, nec rejiciens, nec probans, tum hac 1. par. quae 74. art. 2. tum in 2. dist. 22. quae 1. art. 3. utrumque proble-

matice uetur. Unde loco ex 1. par. citato ait: Ut igitur...

S. II.

Affectio communis.

V. Deo. Videtur conformis littera Sacre Scripturae, quod...

VI. Hac videns S. Augustinus, opinionem suam opinando...

VII. Igitur cum S. Augustinus id nobis permittat ex verbis...

VIII. Tertio id evincit illorum sex dierum adeo accurata...

IX. Quarto. Tenebræ Gen. 1. v. 2. leguntur fuisse in mundo...

X. Quinto. Incredibile est. Moysen populo simplici, acru...

rum cognitiones Angelorum matutinas, & vespertinas, vix...

XI. Denique sententia S. August. inexplicabiles involvere...

S. III.

Fundamenta contraria.

XII. Pro contraria sententia afferri solet. Primo Scriptura...

XIII. Ad singula tamen responderet. Ad locum ex Genesi...

Respondent alii communiter. Illud in die idem esse ac in...

XIV. Ad locum ex Ecclesiastico respondet D. Th. 1. p. quæst. 74...

XV. Ad locum ex Job f. nomine Behemoth intelligitur...

Si vero nomine Behemoth intelligitur non Diabolus, sed...

XVI. Ad locum ex Deuter. dico. Dei opera dici perfecta...

aret, si id, quod ab illo inchoatum esset, ab alio diceretur...

XVII. Secundo obijci potest. De creatione mundi loqui debemus...

XVIII. Respondendo tamen cum D. Thoma q. 7. de pot. art. 2. ad 5...

XIX. Respondendo secundo cum eodem S. Thoma qu. 4. de potentia...

XX. Neque immutandum est, quod toto sex dierum creationis...

XXI. Tertio obijci potest. Si dies illi ponantur esse dies...

Secundo. Distinctio diei, & noctis fit per Solem, & alia...

XXII. Respondendo tamen primo cum D. Basilio homil. 2. in Hexameron...

rursus contraria, secundum præsumptam a Deo mensuram, sicut...

Quid autem esset illa lux productionem Solis precedens, dicunt...

XXIII. Quare respondeo secundo cum eodem D. Th. citato, & ad 6...

XXIV. Ad secundam vero responderi libi ad 7. quod duplex est...

XXV. Quæstio vero diei facta est distinctio secundum species...

D I S C U S S I O II.

De opere prima diei.

S. I.

Explicatur verbum: In principio.

I. Opus prima diei sic exponitur a Moysen Gen. cap. 1. In principio...

II. Queritur ergo primo. Quod per ly in principio intellexerit...

agnam esse corpora sensu deprehendunt. Aer autem non percipi- tur ab omnibus esse corpus, in tantum quod etiam quidam Philo- sophi aerem dixerunt nihil esse, plenum vero vacuum nominant. Et ideo Moyses de aqua & terra mundum fieri expressit, aerem autem non expressit nominat, ne nullius quoddam ignem responderet. Ut tamen capacitas veritatem exprimeret, aer locum intelligi aere, spiritum ipsi, quasi aqua unum, cum dicit, quod tenebrae erant super faciem abyssi. Per quod datur intelligi, super faciem aqua esse, aliquid corpus diaphanum, quod est substantiam lucis, & tenebrarum. Hec Div. Thomas.

XXII. Pergit Moyses, & Spiritus Domini ferebatur super aquas. Scio, hic nomine Spiritus apud aliquos Veteres aerem significari. Unde Severianus Galabitanus Orat. 1. de Creatione mundi, ait, deinde, & aer audi, quando creatus est: Et Spiritus Domini &c. Spiritus enim hunc non ipsum Spiritum Sanctum dicit (non enim quod incrementum est creatis connumeratur) sed Spiritum vocat aeris motum. Inde offendit, usu Scrip- turae Spiritus nomine aerem intelligi, seu aerem commo- tum, seu ventum: In Spiritu vehementi conteres naves Thar- sis. Nemo Spiritum aeris agitationem vocat. Ut vero ex Spiritu insole ostendatur, ventum aeris esse motum, propterea il- la voce usus est. Superferebatur. Proprium enim venit est, ut creetur. & rebus mundo hoc inferiori supervolat, ac superfe- reatur. Ventum intelligi posse, indicat Augustin. lib. de Genes. cap. 8. Debet, & verius esse, Theodoretus qu. 8. in Genes. & mobilis ejus naturam exprimi per verbum ferebatur: Qui- bus praevarat Tertullianus lib. contra Hermogenem cap. 3. quam- vis, ut dicitur, in hoc sibi constans non fuerit.

Non late, alios nomine Spiritus intellectuale vitalem Spiritum, energiam, sive efficaciam. Hanc expositionem ut non improbabilem recentem S. Ambrosius lib. 1. in Hexameron. cap. 8. S. Augustin. citato lib. de Genes. innotuit, ad eique subscribit S. Chrysostomus homil. 4. in Genes. dicens: Quid si- bi vult, quod dicit, & Spiritus Dei superferebatur super aquam? omni videtur, hoc significare, fuisse in aquis efficaciam quandam & vitalem operationem, nec fuisse simplicem aquam fontem, & immobilis, sed mobilem, & vitalem quandam vim habentem &c.

XXIII. Nihilominus probabilioris sensu expositionem, quae nomine Spiritus Dei intelligit Spiritum Sanctum, cui fe- rebatur, ideo adferret, ut S. Basilus homil. in Hexameron. ex Syro interpretatur dicens: Et ita natura aquarum vim eri- bubat fortificandi, inhaerentem habet, & vitalem quandam facultatem in, quae fovetur impaventi... Nimirum ferebatur Spiritus super aquas, hoc est naturam aquae ad fovendum preparabat. Quae quod a quibusdam quatuor, factis ex hoc lin- gae, nemo ab illa creati Spiritum Sanctum non abfuisse. Hoc si intelligat, qui secundum allatam expositionem tenentur, non dissentimus.

XXIV. Quod si dicas: Cur non poterit nomine Spiritus hic intelligi aer, aut ventus, cum saepe in Scripturis per Spiritum significetur aer, aut ventus, ut superius observatum est? Resp. cum Div. Basilio laudato loco. Quod esse alibi Scriptura nomine Spiritus intelligat aerem, aut ventum, nun- quam tamen nomine Spiritus Dei. Observatum est, inquit Ba- silius, Scripturam cum (Spiritum Sanctum) symonidi appella- tione peculiariter, ac praecipue dignari, ac nullum alium Spiritum Dei nominare, quam Sanctum illum Spiritum, qui divi- nam, ac beatam Trinitatem complet.

Propterea huic expositioni adhaeret major Patrum pars. Tertullianus lib. de Baptismo cap. 3. aquam laudans, ex illo, Spiritus Dei ferebatur super aquas: Habet (inquit) homo in prima aetate venerari aquarum, quod antiqua substantia: de- hinc dignationem, quod divini Spiritus sedes, gratior scilicet ce- teris tunc elementis & lib. 1. contra Marcionem cap. 26. ait: A quo Spiritum Sanctum populum d. a quo nec mundialis spiritus profatur: a quo sunt etiam Angeli Spiritus: cuius & in primo mundo Spiritus super aquas ferebatur.

XXV. Item S. Ambrosius lib. 1. in Hexameron. cap. 8. ait: Et Spiritus Dei superferebatur super aquas. Quamvis aliqui pro aere accipiant, aliqui pro spiritu quo spiramus, & carpi- mus, aere hujus vitalis spiritum: nos tamen cum Sanctorum, & filium sententia congruenter, Spiritum Sanctum accipimus, ut in constitutione mundi operatio Trinitatis eluceat. Praemissio enim quia in principio factus Deus Caelum & Terram, ideo in Chri- sto factus Deus, vel Filius Dei Deus factus, vel per Filium Deus factus, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factam est nihil. Supererat plenitudo operationis in Spiritu, sicut scriptum est: Verbo Domini Caeli firmata sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum &c.

XXVI. Constat S. Hieronymus tum lib. Quaes. Hebraic. in Gen. ubi haec habet: Et Spiritus Dei ferebatur super aquas. Pro eo quod in nostris Codicibus scriptum est ferebatur in Hebraeo habet, Meterebat quod nos appellare possimus, incubabat. Non confovebat, in similitudinem volucris: eae calore animalis. Ex quo intelligitur, non de spiritu mundi dici, ut novissimi arbitrantur, sed de Spiritu Sancto, qui & ipse vivificator omnium a principio dicitur. Tum Epist. 83. modo 82. ad Oceanum. Ra- dii (inquit) mundi nec diem Sole rutilant, nec pallent Lu- na, nec astra micantibus, incompositam, & invisibilem man- riam abyssorum magnitudinem, & deformibus tenebris opprimebat. Solus Spiritus Dei in auriga modum super aquas ferebatur, & universum mundum in figura Baptismi pariteriebat.

In idem conspirat S. August. tum lib. 13. Confess. cap. 6. ubi ait: Etes Spiritus tuus superferebatur super aquas: Etes Trini- tatis Deus tuus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Creator universae creaturae, quod repetit cap. 6. & 7. Tum lib. de Gen. ad litter. imperfecto cap. 4. Ubi monet, ne putemus Spiritum Dei

quasi locorum spatii superferri materiam, sed vi quadam efflu- dia, & fabricatoria, ut illud, cui superferretur, & fabricaretur, sicut superferretur voluntas arboris lignae, vel cuspis lignae rei subiectae ad operandum, vel etiam ipse membrum corporis sui, quod ad operandum movet. Addit tamen, hanc similitudinem esse parvam, & prope nihil aptam ad intelligendum superla- tionem Spiritus Dei supra materia fieri subijuncta.

Idem dicit lib. 1. de Genes. ad litter. cap. 6. Immo cap. 7. for- mans sibi objectionem, quam supra Severianus Galabitanus opponerat, qui scilicet creatur superferebatur committeretur Spi- ritus Dei, respondet committere, non tamquam ea indigen- tem, sed tamquam eam amantem, & beneficentia sua illum complectentem, & ad explicandam supereminentiam suae dile- ctionis Scripturam dicere superferebatur, vi ferebatur super aquas, eas scilicet vi, & efficacia fecundando.

S. IV.

De productione Lucis.

XXVII. Prosequitur Moyses ver. 3. Dixitque Deus, non vo- cis sono, sed efficaci sui divinis imperio, qui statim adest effectus, Immo ait Ambrosius lib. 1. Hexam. cap. 9. Non ideo dicitur, ut sequeretur operatio, sed dicto absolvere nego- tium. Unde pulchre Davidicum illud: Dixit, & facta sunt, quia dictum impletur effectus. Dixit ergo Deus fiat lux, & facta est lux.

XXVIII. Quamvis sit ista lux, quae primo facta est: an An- geli, an nubis aliqua lucida, vel aliud corpus lucidum, an lucem Solis informem, ardua quaestio est. Lucis nomine An- gelo intellegit S. Augustinus lib. 1. de Gen. ad litter. cap. 17. & lib. 1. in de Civitate Dei cap. 9. & cap. 19. divisionem lucis a tenebris dicit fieri, dictionem bonorum Angelorum a malis; & cap. 20. advertit, quod statim facta lux subiecit Deus, videlicet Deus lucens quod est bonum, non postquam separavit inter lucem, & tenebras, ne simul cum tenebris ferebatur, simul cum bonis Angelis etiam malos ne utrumque appellaret bonum, cum esset horum alterum malum, visio propria, non natura, & ideo sola ibi lux placuit Conditore: tenebrae autem Anglica, & si fuerant ordinandae, non tamen fuerunt approbandae. Haec ta- men interpretatione non adeo tenetur heret S. Doctor, qui etiam alias probat, ut nulli alteri fore meliori praeju- dicialiter inferatur, secundum regulam ab ipso traditam lib. 1. de Genes. ad litter. cap. 18. & 20. ut superius dixi. praeced. §. 2. num. 6. Augustino tamen subterbit Rupertus lib. 1. de Trinitate, & ejus operibus cap. 10. cuius rationes solvemus infra.

XXIX. Ceteri autem Patres, Lucem primo die productam, fuisse lucem corporalem exponunt, quamvis quamvis fuerit illa lux inter se dissentiant. Ignem fuisse, qui ex informi, & confusa mole Dei imperio excitatus, ac digerit captes, & levitate sua exillere, splendore suo omnia repente replevit, censet S. Gregorius Nyssenus lib. in Hexameron. Quare secundum ipsum lux primigenia corpus fuit, nimirum ele- mentum ignis. Eadem est S. Jo. Damasceni sententia lib. 1. de fide ortho. cap. 7.

S. Basilus Homil. 2. & 6. in Hexameron. lucem primo die conditam existimat verum accedens fuisse sensibile, primo ab- que subiecto consistens; et in Solem postea quarta die pro- ductum, collocatum, ex cuius diffusione, & contractione tres priores dies, & noctes condiserunt. At quod primis illis die- bus absque subiecto fuerit, non potuit sine miraculo fieri, quod nullum in prima rerum conditione contigisse legitur, hanc eandem sententiam tenet Nazianzenus orat. in verum Dominicum, qua est 43.

S. Ambrosius lib. 1. Hexameron. cap. 9. dicit, quod Deus dicens fiat lux, eam lucem fieri voluit, quae oculis corporalius comprehenderetur. Qui adificium aliquod dignum habitaculo Pa- tris famulus struere desiderat, anagogum firmamenta ponat, un- de lucem ai infundat explorat: & ex primo est gratia, qua si desit, tota domus deservit horae incule. Quid tamen fuerit ista lux, non exponit. De luce corporea interpretatur quo- que Theodoretus qu. 7. in Genes.

XXX. De luce corporea intelligit quoque S. Thomas 1. pr. qu. 67. ubi, art. 1. dicit lucem non dici de rebus spiritualibus, nisi improptere, & metaphoric; ex usu enim loquentium, & ex impositione nominis, nomen lucis primo im- positum est ad significandum id, quod facit manifestationem in sensu visus, sicut nomen visus primo impositum est ad si- gnificandum actum sensus visus: & ex usu loquentium sic intelligitur. Cum ergo dicit debeat, Myrionymo populo rudi loquentem utrasque nominationem significationem, quam primo, & ex usu loquentium habent, dicit debet nomine lu- cis, quam primo die factam describit, intellexisse lucem cor- poralem, non spirituales.

XXXI. Ad dices cum Augustino lib. 11. de Civitate Dei cap. 9. & 33. non fuisse convenientem, Moysen praetermississe lucis spi- ritualis productionem: praetermissit autem, si tum nomine Caeli, quam nomine lucis Caelum, & lucem corpoream intel- lexisset.

Respondet Div. Thom. laudatus ver. 4. negando antec. cuius rationem alii diversimode assignant. Basilus enim hom. 1. in Hexameron. sentit, Moysen principium narrationis suae fecisse a prin- cipio temporis, quod est mensura rerum sensibilibus, sed spi- ritualium creaturae praetermissit, quia facta ante creaturam, ita sentit quotquot putantur, Angelos ante mundum corporeum fuisse creatos: quod tamen falsum esse suo loco ostendemus. Ideo aliter responderet Chrysostomus (hom. 2. in Gen.) Quod Moyses loquebatur vulgi populo, qui nihil, nisi corporalia po-

terras capere, quem etiam ab Idololatria revocant volent. Assum- ptione autem Idololatriae accipimus, si proposita fuerint eis ali- qua substantia supra omnes creaturas: creaturas autem enim repu- santes Deo, cui eorum prout esse ad hoc, quod Solem, & Lunam, & Stellis ceteramque naturam Deo: quod eis habebatur Deuteronom. 4. Ita D. Thomas.

XXXII. Hanc corporalem lucem convenienter prima die fuisse factam ostendit S. Thom. ibidem. Primo. Quia lux est quiescentis primi corporis, scilicet Caelis, unde secundum eam mundus fuit primo formandus. Secundo. Quia lux est com- munitissima, in ea enim corpora inferiora communicant eum superioribus. Sicut autem in cognitione, ita in operatione convenienter proceditur a communioribus. Tertio. Quia per lucem omnia alia manifestantur. Quarto. Quia dies non potest esse sine luce, unde productam non esse corpus ostendit D. Thom. citata q. 67. art. 2. Tum quia duo corpora natura- liter non sunt in eodem loco: lux autem est simul cum aere, quem illuminat, Tum quia si esse corpus: illuminatio fieret per motum localem, & sic non fieret in instanti contra experientiam. Sciam enim cum Sol est in puncto horizon- tis, illuminatur totum hemisphaerium usque ad punctum opposi- tum. Tum tertio. Quia sequeretur, quod dum aer perabsentem luminari sit tenebrosus, corpus illud, vel corruptum, vel alio transferretur cum luminari: neutrum autem dici potest. Non primum; quia ridiculum est, ad solam presen- tiam, vel absentiam Solis tantum corpus, quae esse lux per totum hemisphaerium diffusa, quotidie generari, & corrumpi, ac rursus, quod dum hoc corpus corrumpitur, & sunt tene- brae, materia hujus corporis transferret ad formam tenebrarum, & sic tenebrae essent corpus. Neque secundum; quia si can- dela illuminans cubiculum aliquo corpore opaco claudatur, statim cubiculum fit tenebrosum. Non apparet autem, quo- tam cito illa corporecula lucida transferantur, non enim con- gregantur circa candelam, quia haec non apparet magis lumi- nosa quam antea: quod tamen esse debet, si omnes particu- lae lucis, quae per totum cubiculum diffundebantur, circa illam congregarentur.

XXXIII. Lucem a Deo productam non esse corpus ostendit D. Thom. citata q. 67. art. 2. Tum quia duo corpora natura- liter non sunt in eodem loco: lux autem est simul cum aere, quem illuminat, Tum quia si esse corpus: illuminatio fieret per motum localem, & sic non fieret in instanti contra experientiam. Sciam enim cum Sol est in puncto horizon- tis, illuminatur totum hemisphaerium usque ad punctum opposi- tum. Tum tertio. Quia sequeretur, quod dum aer perabsentem luminari sit tenebrosus, corpus illud, vel corruptum, vel alio transferretur cum luminari: neutrum autem dici potest. Non primum; quia ridiculum est, ad solam presen- tiam, vel absentiam Solis tantum corpus, quae esse lux per totum hemisphaerium diffusa, quotidie generari, & corrumpi, ac rursus, quod dum hoc corpus corrumpitur, & sunt tene- brae, materia hujus corporis transferret ad formam tenebrarum, & sic tenebrae essent corpus. Neque secundum; quia si can- dela illuminans cubiculum aliquo corpore opaco claudatur, statim cubiculum fit tenebrosum. Non apparet autem, quo- tam cito illa corporecula lucida transferantur, non enim con- gregantur circa candelam, quia haec non apparet magis lumi- nosa quam antea: quod tamen esse debet, si omnes particu- lae lucis, quae per totum cubiculum diffundebantur, circa illam congregarentur.

XXXIV. Observandam est primo. Quod lux, aut lumen aliquando usurpatur pro corpore lucido, vel luminoso: & sic lux, tum lumen dici potest corpus & in hoc sensu D. Au- gustinus lib. 3. de lib. arbit. cap. 5. dicit, quod lux in corpore- ribus primum conet locum, accipit enim lucem pro corpore lucido in anima, scilicet pro igne, quod inter quatuor elementa nobilissimum est. Ita D. Thom. hoc art. 2. ad 2. Quod si ali- quando luminis proprietates corporis tribuuntur, hoc solum metaphoricè ei convenit, ut idem S. Doct. ad 3. Nec enim intentio D. Thomae fuit negare lucem esse accipiens quoddam corporeum, & sensibile, sed solum esse corpus proprie de praedicatione substantiae, & quantitates.

XXXV. Observandam secundo ex eodem S. Thoma in 2. dist. 3. q. 1. n. 3. Quod ista quatuor differant lux, lumen, radius, & splendor. Lux enim dicitur, secundum quod est in aliquo corpore lucido in actu, a quo alia illuminantur, ut in Sole. Lumen autem dicitur secundum quod est receptum in cor- pore diaphano illuminato. Radius autem dicitur illuminatio se- cundum directam lineam ad corpus lucidum, & ideo ubiqueque est radius, est lumen: sed non convertitur. Constat enim, lu- men esse in domo ex reflectione radiorum Solis, quamvis non ex directa oppositione, propter aliquod corpus interjectum. Splendor autem est ex reflectione radii ad aliquod corpus reflexum, & poli- tum, sicut ad aquam, & ad argentum, vel ad aliquid hujus- modi, ex qua reflectione etiam radii projectantur.

XXXVI. Supposito ergo, quod lux non sit corpus, sed ac- cidens de genere qualitatis quod ostendit D. Thom. q. 67. a. 3. Queritur in quo subiecto fuerit tribus primis diebus crea- tionis mundi: dicere enim cum D. Basilio, superius allato, per tres illos dies conservatam fuisse extra omne subiectum per Dei potentiam, & quarto die collocatam in Sole, non videtur creditibile: quia, ut ait D. Thom. hoc art. ad 3. ex D. Augustino (lib. 3. super Genes. ad litter. cap. 1.) in prima institutione naturae non quatuor miracula, sed quod natura rerum habent.

Alii propterea dixerunt, lucem illam in nube lucida produ- ctam fuisse, quae, facta postmodum Sole, vel in praesentem materiam rediit: vel fuit conjuncta Soli, & adhuc manet, ut discerni non possit: vel quod ex illa nube formatum est corpus Solis. Sed has expositiones superius dubio praecedenti S. 3. n. 22. & 22. improbabimus ex D. Thom. q. 4. de pot. a. 2. ad 7. & modo 1. q. 67. a. 4. ad 2. Reprehenduntur, quae superius citato loco cum eodem D. Thomae dixi: probabilis existimo, quod illa lux fuit lux Solis, quantum ad hoc quod tam erat substantia Solis, & habebat virtutem illuminativam in communi, sed postea data est ei specialis, & determinativa vir- tus ad particularem effectum. Ita D. Th. hoc a. 4. ad 2. quod ad 3. addit, quod duplex est motus in Caelo. Unus communis toti Caelo, qui facit diem, ac noctem, & ipse videtur institutus pri- mo die. Alius autem, qui diversificatur per diversae corpora se- cundum quem motum fit diversitas dierum ad invicem, & mensura, & annorum. Et ideo in prima die sic mentio de sola di- versificatione noctis, & diei, quae fit per motum communem. In qua- rum autem die sic mentio de diversitate dierum, & temporum, & annorum, cum dicitur, ut sint in tempora, & dies, & annos; quae quidem diversitas fit per motum proprium. Conferatur quae superius dubio praecedente locis citatis ex eodem S. D. dicta sunt.

XXXVII. Luce producta, & approbata diversis Deus lucem a tenebris. Non quia prius lux mixta esset tenebris, ut indige- ret ab illis separari: sed eo ipso, quod lux facta est confusa

est etiam diversis inter lucem, & tenebras. Quis enim societas lucis cum tenebris? Deus ergo diversis inter lucem, & tenebras, quae lucem facit, cuius absentia tenebrae vocantur. Interest au- tem inter lucem, & tenebras, sicut interest inter vestimentum, & nuditatem, inter plenum, & inane, & similia. Ita S. Au- gustinus lib. de Genes. ad litter. imperfecto cap. 5.

Lucem ergo, quae tenebras fugavit, appellavit diem, & te- nebras noctem. Non enim quaequeque lux est dies, sed ea sola, quae ex praesentia Solis fit, sicut nec quaequeque tenebrae sunt nox, sed illae tantum, quae absentia Solis consequuntur. Lucem autem dico diem (inquit S. Augustinus loco citato cap. 6.) & tenebras dico noctem, ut aliquam aliam lucem intel- ligas, quae non fit dies, & ut aliquam aliam tenebras intelli- gas, quae non fit nox.

XXXVIII. Quisquam est vesper, & mane dies unus: dies scilicet naturalis constans luce, & tenebris, seu die artificiali, & nocte, qui spatio viginquagintae horarum absolvitur: unde Basilus homil. 3. in Hexameron, ut Viginquagintae horarum mensura unus dies est spatium; vel Caeli ab eodem spatio ad idem reditus, uno die peragitur. Praemittit autem vesperam, deinde mane; non quia dies ille a vespere coepit (cepit enim per produ- ctione lucis, quam vocavit diem, artificialem scilicet, cau- sam ex motu lucis solaris, quae tunc moveri cepit motu diurno, ut probabilis iudicavimus cum D. Thom.) sed quia, cum jam nominasset lucem diem, finem illius diei per vesperam, & noctem, & mane, ut initium diei sequentis, vesperae integram diem naturalem, voluit indicare. Inquit Ba- silius laudatus ut prius generationis praeparatum diem tribu- ret, prius commemoravit finem diei, deinde noctem, velut in- sequente diem nocte. Et Ambrosius lib. 1. Hexameron. c. 10. ait: Quare aliqui, qui prius vesperam, postea mane Scripturae memoraverit, ne forte ostendat prius quam diem significare videtur. Nec advertunt primo, quod praemittit diem dicens: & vocavit Deus diem lucem, & tenebras vocavit noctem: Deinde quod ves- peram finit diei, & mane finit noctis. Et post aliqua: Primum enim dixit, vox Dei est: Fiat lux, & facta est lux. Finis diei vesper est. Jam sequens diei ex noctis sine futu- dentia autem Dei evadens, quia diem primo vocavit lucem, & secundo vocavit tenebras noctem. Praeterea lucem unum, non pri- mum diei dixit (dies unus) Nam facturus secundo, & tertio die, & deinceps reliquit primum potuit dicere, & hoc videtur videtur. Sed legem statuit, ut viginquagintae horae darentur, atque nocturna diei tantum nomine designantur, ut si diceret, vigin- ginti quatuor horarum mensura unus dies tempus est. Sicut enim veterum generatio comparatur, & intelligitur etiam fami- liarum, quia nocturno secunda potioribus: ita etiam dies nu- merantur, & noctes estimantur adjunctae. Sicut igitur circulus unus, ita dies unus. Ita praeterea Ambrosius.

XXXIX. Nec movere debet quod S. Thom. 1. 2. q. 63. n. 6. ad 4. & q. 8. de Verit. a. 16. ad 8. dicit primam diem habuisse vesperam, & non mane. Nam ibi loquitur S. Thomas in opi- nione D. Augustini accipientis vesperam spiritualiter nempo pro cognitione vesperina, quae res creatas Angelis primo cognovit in suis naturis, & mane pro cognitione matutina qua primo cognovet in verbo; & quia cognitio vesperina vesperae tempus est, ideo dicit in prima die commemorari vesperam, sed non mane. Angelus (inquit quae. cit. de verit.) in principio sua creationis non fuit beatus, nec per essentiam Verbum vidit. Unde nec cognitionem matutinam habuit, sed pri- mo habuit vesperam, & ex vesperina profecit in matutinam. Unde signanter primus dies mane non dicitur habuisse, sed pri- mo vesperae, quod vesperae transiit in mane, quia lux illa spi- ritualis, quae primo die facta dicitur, scilicet substantia Ange- lica, statim facta seipsam cognovit, quod facti cognitio vesperina: & hanc cognitionem resultat ad lumen Verbi, in quo facta est ei cognitio matutina, & propter hoc dicitur Genes. 1. factum est vesperae, & mane &c. Verum in secundo dist. 13. q. 1. a. 4. ad 1. relata Augustini sententia, quid ibi probabilis vi- deatur exponens, ait: Alii dicunt, quod prius tempora facti operis creationis, & postea per aliquod tempus intervallum forma est lux: & tunc dies primo incipit. & hoc quidem magis consonat litterae Genes. secundum suam sensum planam.

XL. Quares primo, Quantum temporis illa tenebrae lucis exortum antecedebat? Respondes, sex horas conjectare aliquos, alios duodecim. Sed nihil certi. Solus ille certo novis, qui fecit, & sic fecit, quia voluit. Principio jam statuit, & Scripturae conformis videtur, quod cum facta sermo de diebus realibus, non intelligibilibus, & metaphoricis, ita tenebrae realiter praecederent lucem, vel tempore, vel uno saltem momento, sic ut immedie sequenti, vel tempore, vel momento post tenebras lux illuceret; & aliqui reali duratione Caelum, & terra fue- rint post tenebras sine luce, deinde secuta fit lux. Porro tem- pus, vel momentum, quod mundus fuit post tenebras ante lu- cis formationem, non potuit dici nox. Quamvis enim Hila- rius lib. de Synaxis ita sentiat, & proinde existimet, noctem praecessisse diem. Sed contrarium tenendum videtur cum Ba- silio, & Ambrosio citatis, quibus adhaeret S. August. tom. lib. de Genes. ad litter. imperfecto cap. 6. cum Sermo 121. alias 79. de diversis. Non enim omnes tenebrae sunt nox, sed illae quae praecesserunt, seu nox est lux, & tenebrae certae inter se vicibus ordinatae, seu tenebrae succedentes luci diurnae.

XLI. Quares secundo, Quis fuerit ille primus dies condi- tionis mundi? Respondes fuisse diem correspondentem diei Dominico. Si enim dies Sabbati fuit Septimus, quo Deus requievit ab ope- re, clarum est, quod prius fuerit dies Dominicus, qui post Sabbatum est octavus, & ante Sabbatum primus. Hoc Epi- scopi